

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Peregrinatio in terram sanctam**

**Breydenbach, Bernhard**

**[Mainz], 11. Feb. 1486**

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-247288](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-247288)

**D**e .xviij. mensis Junij ex. c. res. p̄fata civitate modonā lento  
factis cursu die illa ferebamur in mari. sicut et diebus duobus  
sequētibz. Erat enim tranquillitas magna in freto. ventis  
vndiqz quiescētibz quā trāquillitatē naute bonazū appella-  
bant cōmuni vocabulo. sicut et tempestatem fortunā. **E**o in tpe. navis  
quedā veneciana ex damasco rediens ad nos applicuit in mari. cuius  
patron⁹ longū cū nostro miscuit sermonē. inquirens de duce ferrariensi  
et duce lothringie. statuz veneto. **N**ā guerra tūc t̄pis et dissensio gra-  
uis inter duce ferrariensem ex vna. et venetos ex pte altera erat et bel-  
lum ingens terra mariz gerebat vtrinqz. **F**inito colloquio vesemēs  
irruit ventus nostrā in puppim. ita q̄ illo celerius ducti. die. xvij. Ju-  
nij Rodensi portui suim⁹ illati. **V**erū. qz fama (malum vtiqz quo nō  
aliud velo eius vllum) p̄nolarat et falso detulerat accusaratz nos q̄  
pestis nostrā sentiret in galea. id circo noctē ipam in portu agere p̄fato  
cogebamur donec aurora illucescente dñs Rodensis supremus magi-  
ster Johāitarū qui illic in castro residet insigni et inexpugnabili. ve-  
ritate cōperta. et salua gūardia data. in civitatē suā Rodū et insulam  
nos recepit et intromisit. **V**bi triduo māsimus sequēti. vsqz ad dñicam  
pro ximā inclusive. que festū erat decē milū martirū.

**D**e reliquijs que habentur Rodi.

**V**ter medio vero tpe p̄ciōse q̄ ibi habent reliquie in castro et in ecclesia  
sancti Johānis nobis fuerūt ostense. **E**st enim ibi crux quedā enca ex  
illa cōflata pelui vnde xp̄us discipuloz suoz lauit pedes. et fertur q̄ si  
dicta crux in cerā imprimat. marinas copefcas mitigetqz tempestates  
**I**tem ibi diē ostendūtur spine de corona dñi nostri ih̄esu xpi. quarū al-  
tera quidē in castro. altera vero in ecclesia sancti Johannis honorifice  
cōservatur. narratūqz nobis p̄certo fuit. q̄ vna eaz sez que est in castro  
p̄ singulos annos in die parasceues florem p̄ducere apte et manifeste  
videatur. **I**tem ibi illoz .xxx. argenteoz denarioz vnus esse p̄hibetur.  
ymmo et demōstratur. pro quibus Judas vendidit xpm iudeis.  
**I**tem ibi caput est sancte Philomene v̄ginis. et magnū sancte crucis  
frustū. brachiū quoqz sancti Blasij martiris. **I**tem brachiū sancti ste-  
phani p̄bomartiris. **I**teqz brachiū sancti Johānis baptiste. **I**te bra-  
chiū sancti Georgij martiris. **I**tem brachiū sancti Thome apostoli.  
**I**te brachiū sancti Leodegarij epi. **I**te caput sancte Eufemie virginis  
et martiris. **I**te caput sancti Policarpj epi. **I**te caput vnus ex vnde-  
cim milibus virginū. **I**te man⁹ sancte Clare virginis. **I**te man⁹ san-  
cte Amematis virginis marie. **I**te sinistrū brachiū cū manu inclite  
virginis et martiris Katherine. qd̄ nō nisi in festo eius demonstratur  
in castro in capella dñi Rodensis memorati.

**M**odum est civitas fortissimis muris et turribus firmissimis  
edificata. alijsqz propugnaculis et fortalicijs bene munita.  
habetqz iuxta littus maris turres. xvij. in terra. in quibz. xvij  
sunt molendina que ventoꝝ impetū mouentur. p̄ januenses

Rodi

h